



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

VII. Vt de Sicilia terni semper annis singulis de episcopis, ad diem tertium
Kalendarum Octobrium, Romam sociandi Synodo occurrant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

feruanda, hoc vestræ indicimus caritati, vt ab apostolicis institutis nullo vltius recedatis excessu. Quia inultum post hæc esse non poterit, si quisquam apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

VII.

Quare illud primitus pro custodia concordissimæ vnitatis exigimus, vt quia saluberrime a sanctis patribus constitutum est binos in annis singulis episcoporum debere esse Conuentus, terni semper ex vobis ad diem tertium Kalendarum Octobrium Romam, fraterno Concilio sociandi, occurrant, & indissimulanter a vobis hæc consuetudo seruetur. Quoniam, adiuuante gratia Dei, facilius poterit prouideri, vt in ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascantur errores: cum coram beatissimo apostolo Petro semper in communionem tractatum fuerit, vt omnia instituta Canonumque decreta apud omnes Domini sacerdotes inuiolata permaneant. Hæc autem quæ vobis, inspirante Domino, insinuanda credidimus, per fratres & coepiscopos nostros * Bachillum atque Paschasium, ad vestram volumus notitiam peruenire. Quibus referentibus cognoscamus, quam reuerenter a vobis apostolicæ sedis instituta seruentur. Data duodecimo Kalendarum Nouembris Alypio & Ardabure viris clarissimis consulibus.

Nicæn.
Concil.
Can. 5.

* Vacillum

EPISTOLA V.

LEONIS PAPÆ I.

AD DORVM BENEVENTANVM EPISCOPVM.

Episcopum Beneuentanum reprehendit, quod posthabitis senioribus iuniores ad presbyteratum assumpserit.

Dilectissimo fratri Doro, Leo episcopus.

IUDICIUM, quod de te sperabamus, dolemus esse frustratum, quando ea te commisisse perspiciamus, quæ omnem ecclesiasticæ sanctionis regulam culpabili nouitate scelerarent: cum plenissime noueris, quanta sollicitudine per omnes Domini ecclesias paternorum velimus Canonum præcepta seruari, & hanc maxime curam ad

Anno Christi 450. qui fuit annus pontificatus S. Leonis 9.

Concil. Tom. 7.

I